







i N° 609

þáttr af Karli vesala i Magnúsar sögu góða kap. 4–9.
Brandkrossaþáttr gefinn út i „Nordiske Oldskrifter."
þáttr af Leifi Össurarsyni, Færeyingasaga, kap. 49. sqq.
þáttr af Auðunni vestfirzka i Haraldarsögu harðráða, kap. 72–75
þáttr af Brandi hinum örfa i Haraldarsögu harðráða, kap. 96.
þáttr af Egli af Vandilskaga, hvergi annarstaðar gefinn út svo eg viti.
þáttr af Oddi Ufeigssyni i Haraldarsögu harðráða, kap. 106–107.
þáttr af Blóð-Egli i Knytlinga sögu, kap. 33–40.
þáttr af Hákoni Hárekssyni i 11. bindi af Fornmanna sögum, bls. 422–439.

Kar

Heri indeholdes de af Etatsraad B. Thorlacius i Anledning af det Kjöbenhavnske Universitets Höitideligheder Tid efter anden udgivne samtlige Smaafortællinger paa Islandsk og af ham oversatte paa Latin tilligemed en, för hver især, forudskikket Indledning. Disse Smaafortællinger (Þættir) ere fölgende:

1. Þáttr af Karli Vesæla (De gestis Caroli Vesæl dicti.) /1815./
2. Brandkrossa þáttr (Historia de vitulo fulvam in fronte macul. hab.) /1816./
3. Þáttr af Leifi Össurarsyni (De gestis Leifi Össuridis f. Færöensis.) /1817./
4. Þáttr af Auðuni Vestfirdska (De Auduno Regem Danorum invisente.) /1818./
5. Þáttr af Brandi hinum örva Vermundarsyni. (De Brando Liberali.) /1819./
6. Þáttr af Eigli af Vandilsvíga. (De Egillo sub Canuto M. profecto.) /1820./
7. Þáttr af Oddi Ófeigssyni. (Narratio de Oddo Ofegi filio.) /1821./
8. Þáttr af Blóðeigli (De Erico de haustu sangv. nunc. sub Can. M.) /1822./
9. Þáttr af Hákoni Hárekssyni (De Hakone Vicensi sub Magno Estridide) /1823./

Desuden:

Specimen de Erico Rufo Grönlandiæ inventore. /1811./



SOLENNIA ACADEMICA

AD

CELEBRANDUM

DIEM XXVIII JANUARII MDCCCXVIII

REGI NOSTRO AUGUSTISSIMO

FREDERICO SEXTO

NATALEM

HABENDA INDICIT

UNIVERSITATIS REGIÆ HAVNIENSIS

RECTOR

CLAUDIUS FREES HORNEMAN

THEOLOGIAE DOCTOR ET PROFESSOR PUBL. ORD. ATQUE ORDINIS DANEBR. COMMENDATOR

CUM

SENATU ACADEMICO.



Commentarium anecdotum *de Auduno Regem Suenonem Afstrithidam invifente*
Islandice et latine edidit cum præfatiuncula
huic fefto prolufurus M. *BIRGERUS THORLACIUS*, Prof. El. Lat. et Ord. Danebr. Eques.

TYPIS *SCHULTZIANIS*.

L. B. S.

Refert vetuſtas, priscis quibusdam gentibus eum morem fuiſſe, ut ſolennibus occaſionibus munera ſuis Regibus offerrent, ſplendida minus, quam ſimplicia, et ex animi ſenſu magis, quam ex doni magnificentia dijudicanda. Pulcrum eſt, quod tradit Ælianus, Perſam aliquem, dum Regi Artaxerxi Mnemoni in itinere obvius, quod donaret, non haberet, aquam, ex flumine quidem Cyri, obtuliſſe, Regemque id benigne admodum excepiſſe. *)

Adeſt dies XXVIIIvus Januarii A. MDCCCXVIII, quo ſemiſeculum ſuæ ætatis complevit Rex noſter Auguſtisſimus **FREDERICUS SEXTUS.** Reſonabunt in omni Daniæ angulo vota de Regis Optimi incolumitate; vota quidem eo fervidiora, quo magis grata patria agnoſcit, in principis ſalute ſuam ineſſe ſalutem, ſalvoque Rege omnia ſalva fore tuto confidit. Feſto tam auguſto bonus quisque civis principem hoc omine ſalutabit: "O ſi oculos in pectora posſes inſerere et noſtros intus deprendere ſenſus!" optimoque quod concipi poteſt, dono Regem, inter natalium ſemiſecularium gaudia, ornabit: animo videlicet principis amantisſimo, omniaque pro Rege domoque Regia devovere parato.

Univerſitas Regia Havnienſis, quæ honori ſibi ſemper duxit Reges ſuos ſincerrimo cordatisſimoque amore proſequi, communes omnium civium gratulationes de quinguageſimo Regis natali lætisſima participat. Dum itaque Te, Lector benevole! ad Solennia Academica hac occaſione celebranda invitamus, Anecdoton Scandinavicum more noſtro tecum communicamus, munus memorans, quod vir Islandus Suenoni Aſtrithidæ Daniæ Regi, devoto, nullisque impedimentis aut periculis fracto, animo obtulerit. Speramus, uti Artaxerxes Mnemon aquam, ex Cyri, regni Perſarum conditoris, flumine hauſtam, non ſpernebat, ſic Regem noſtrum Auguſtisſimum, hoc qualecunque munus, ex prisco Boreæ fonte petitum, haud dedignaturum.

Anecdoton, quod nunc publicamus, inſcribitur: *Þáttr af Auduni Veſtfirdſka* ɔ: Relatio de Auduno ex Veſtfiordis in Islandia oriundo, imprimis de ejus ad Suenonem Aſtrithidam Daniæ Regem profectione. Hæc hiſtoriola ob rei narratæ dulcedinem poëtæ non nemini digna viſa eſt, quæ carmine populari**) decantaretur. Suhmius magno ſuo operi Hiſtoriæ Danicæ, ubi de Suenone agit,***) hujus Commentarii argumentum inſeruit. Müllerus****) quoque noſter in ſua Sagarum Scandinavicarum Biblio-

*) Cfr. *Æliani Sophiſtæ varia hiſtoria,* cum notis variorum, *curante Abrahamo Gronovio.* Lugd. Bat. &c. 1731. 4to. Ibi Cap. XXXIIdo Libri primi hæc leguntur: "Ferunt hominem Perſam, cui nomen Sinætas, procul a ſuo tugurio, obvium factum Artaxerxi qui Mnemon cognominabatur; conſilii itaque inopem, perturbatum fuiſſe legis iſtius metu et regis verecundia. Quum vero quid in præſentia faceret, non haberet, ſeque ab aliis Perſis ſuperari non ferret, neque infamis videri vellet, eo quod regem muneribus nullis honoraret, ille ad præterfluentem proxime fluvium, nomine Cyrum, feſtinanter accurrens, et, quantum maxime pedibus poterat, tum procumbens, et aquam utrâque manu hauriens: O rex, inquit, Artaxerxes, regnes in æternum! Nunc ego quidem, ubi et quomodo posſum, te honoro, ut ne indonatus, quantum quidem ad mea adtinet et quantum in me eſt, prætereas. Honoro autem te Cyri fluminis aqua. Quando vero ad ſtationem tuam perveneris, ego domo mea, quantum meæ facultates patientur, pretioſisſima et optima ferens te honorabo, et forſitan haud cedam cuiquam aliorum, qui ſuis muneribus te jam exceperunt. Artaxerxes hiſce delectatus eſt, et, Ego vero, inquit, o homo, lubens munus tuum accipio, et in pretioſisſimis habeo, et illis par dico: primum quoniam aqua rerum omnium eſt optima: deinde, quoniam Cyri nomen præ ſe fert. Tu vero mihi divertenti in manſione fac adpareas. Hæc locutus mandavit Eunuchis, ut munus ejus reciperent: illi vero quam citisſime accurrentes, in auream phialam de manibus ejus aquam exceperunt. Rex vero, quum ad diverſorium ſuum perveniſſet, miſit homini Perſæ ſtolam Perſicam, et phialam auream et mille Daricos. Simulque ferentem eam dicere jusſit accipienti: Jubet te Rex animum tuum ex iſto auro oblectare, quoniam Tu ipſius quoque animum exhilaraſti, minime indonatum neque inhonoratum pasſus: ſed quemadmodum ſane res ferebat, ita veneratus. Vult autem, ut hac phiala aquam ex illo fluvio hauſtam bibas."

**) Cfr. *Almuens Sanger* af *Claus Frimann*, Sognepræſt for Davigs Menighed i Bergens Stift. Kiöbenhavn 1790. 8vo. Ibi inter carmina, Hæders- og Mindeſange inſcripta, melos ſecundum *Audunum* celebrat pp. 40-44. Accepimus etiam, in melo quodam islandico recentiori (*Rima* dicto) hoc argumentum decantari.

***) *Hiſtorie af Danmark.* 4 D. S. 477-480.

****) *Sagabibliothek.* 1ſte Bind. Kbh. 1817. p. 345-46.

bliotheca breve ejus contentum adtulit. Sed cum is libellus huc usque non nisi virorum doctorum excerptis innotuerit, idemque tamen dignus videatur, qui integer publicetur, illum islandice et latine totum hic sistere in animum induximus.

Textus expressus est juxta bonum librum chartaceum formæ 4tæ, quem olim possedit vir immortalis memoriæ Johannes Erici, qui quamvis anno 1752 in Islandia descriptus est, sua tamen accuratione testatur, se ex antiquiori bono Codice expressum esse. Hunc comparando cum Codice Flateyensi Bibliothecæ Regiæ in Folio, in quo narratio de Auduno columnas 828-830 complet, et cum Codice Arna-Magnæano n. 217. C. in Fol., patebit, nostrum in plerisque cum hisce prorsus consentire. Duo tamen sunt loca, in quibus liber Magnæanus additamenta habet, quæ nostrum apographum ignorat: unus, in quo refertur, Audunum, cum ex itinere Romano redux coram Rege Suenone comparere cuperet, post sacra vespertina id tentare non ausum fuisse. Adjicitur ratio: "quia Rex suique viri tum inebriati essent." Alter, ubi dicitur Rex cum Auduno vere pontes adiisse, naves spectaturus, quæ adornabantur mare balticum aditura. Dum hic navium statio memoratur, addit Codex Magnæanus: "Roeskildiæ," notatque Suhmius, inde patere, quod Roeskildia tum ad sinum usque Isoranum pertigerit. Ista additamenta, quæ meus liber ignorat, suspicione novitatis haud carere videntur; nam cum Audunum prima vice pudor impedivisset ne Regi se conspiciendum præberet, non mirum est, eodem pudore, qui plerumque auctus redit, secunda vice eum deterritum fuisse a Rege adeundo. Ratio ergo, quam quidam Codices adjiciunt, aulicorum ebrietas, alioquin vera, imprimis in festis gravioribus, eo tempore, heic a loco aliena est, cum Rex virique Regii mox ab æde sacra venientes jam inebriati cogitari vix queant (Regem saltem tum prorsus sobrium fuisse ipsa hæc historia docet), quamvis forte deinceps vespera labente largius se invitaverint. Alterum "Roeskildiæ" additamentum glossema prorsus sapit, vero quidem haud repugnans, sed non necessarium, ideoque in textu non exspectandum.

Epocham quod attinet, qua commentarii hujus eventa acciderunt, ea nec anno 1047 antiquior, nec anno 1064 recentior esse potest; illo enim post Magni Boni mortem simultates inter Suenonem Astrithidem et Haraldum Severum incepêre; hoc inter utrumque Regem, belli pertæsum, saltem dicis causa pax inita est. Intra hos septendecim annos itaque cadunt hujus libelli relationes.

Tempus conscripti commentarii censeri poterit finis seculi XIIIti. Spirat simplicitatem, ab omni fuco alienam, quæ sagas hujus seculi insignit. Seculo XIVto recentior esse nequit, cum in Codice Flateyensi reperiatur. *) Verum licet brevitas libelli major sit, quam ut stilus ejus certa sui indicia præbeat, licet auctor Islandus Auduno, suo populari, nimium forte in narrando faverit, nativus tamen relationis tenor, et certus veritatis index, et talis est, ut infra seculum XIIItium opusculum deprimi non posse videatur.

In Codicibus nulla per Capita divisio reperitur. Eam ipse ita uti argumentum jubebat, lectorum gratia, institui. Nec dubitavi juxta Codicem Flateyensem libellum potius ex Auduno Vestfiordensi, quod accuratius videbatur, quam ex Auduno Islando, ut meus Codex habet, denominare.

Docebit cæterum ipsa ejus lectio, eum, quantumvis brevem, ad mores, ritus et ingenium Borealium cognoscendum, haud esse inutilem. Illustrantur eodem Septentrionalium commercia; Regisque Danici Suenonis Astrithidæ, aliunde nota, liberalitas et munificentia novo hic et luculento exemplo illustratur, ea quidem tanto notabilior, quo magis Regem Norvegicum, sui æmulum, vincere allaborabat.

*) Cfr. *Mülleri* Sagabibliothek. p. 346.

Þáttr

Þáttr af Auduni Veſtfirdſka.

Cap. I.

Audun hét madr Islendſkr ok Veſtfirdſkr at ætt, hann var madr félítill, ok þó at gódu kendr. Audun fór utan á einu ſumri veſtr þar í fiördunum med Norrænum manni er Þórir hét. Enn ádr enn Audun fór utan, lagdi hann meſtan luta fiár þeſs er hann átti fyrir módur ſína, ok var þat ei meira enn tveggia misſira biörg. Sídan ſigldu þeir í haf, ok gaf þeim vel byri ok tóku Noreg. Audun var hiá þóri um veturinn. Um ſumarit eptir fór Audun med þóri út til Grænalands, ok voru þar vetur annan. Þar keypti Audun eitt biarndýr velvanit, gaf hann þar vid allt þat er hann átti í fémunum, var dýr þat hit mesta gerſemi þeſskyns. A næſta ſumri eptir fóru þeir aptr til Noregs, ok urdu vel reidfara. Þórir ſtýrimadr fór þá til bús ſins, enn Audun feck ſér far auſtr til Víkr, ok hafdi dýr ſitt med ſér. Enn er hann kom til Oſlo, geck hann á land med dýr ſitt, ok leitadi um herbergi medan hann dvaldiſt þar, ætladi ſídan ſudr til Danmerkr, ok géfa Sveini kóngi dýrit. Enn þá var ſem meſtr ægi ok ófridr med Haraldi kóngi ok Sveini kóngi. Þa var þar Haraldr kóngr í bænum, ok var honum ſkiótt ſagt, at þar var kominn Islendſkr madr af Grænalandi med allſpakt biarndýr. Kóngr ſendi eptir Auduni. Ok er hann kom fyrir kóng qvaddi hann hann. Kóngr tók vel qvediu hans, ok mælti: áttu biarndýr þetta ſem mikit gerſemi er? Hann ſagdi at ſvo var. Kóngr mælti: viltu ſelia oſs dýrit med ſlíku verdi ſem þú keyptir? Ei vil ek þat herra, ſegir hann. Viltu þá, ſegir kóngr, at ek géfi þér tvö verd ſlík, ok mun þat réttara ef þú hefir géfit vid því alla eigu þína. Ei vil ek

þat

De Auduno Veſtfiordenſi.

Cap. I.

Audunus dicebatur vir Islandus, ex Veſtfiordis oriundus, pauper quidem, ſed honeſtis moribus. Is æſtate aliqua domo proficiſcebatur, cum Norvego, nomine Thorero. Sed prius quam emigrabat, maximam bonorum ſuorum partem matris ſuæ alimento deſtinabat; verum id non niſi duobus annis ſufficiebat. Deinceps vela dantes ventum ſecundum habuerunt, et Norvegiam nacti ſunt. Hieme Audunus cum Thorero erat. Sequente æſtate Audunus et Thorerus Grönlandiam petierunt, ibique hiemem alteram trivêre. Comparavit ibidem Audunus urſum bene cicurem, quem omnibus bonis ſuis redemit, animal quidem ſui generis pretioſisſimum. Proxima æſtate ad Norvegiam reverſi ſunt feliciſsimo itinere. Tum Thorerus nauclerus domum ſuam repetiit; ſed Audunus itinere nautico orientem verſus ad Vikiam tetendit, animal ſuum ſecum habens Osloam devectus in terram cum animale exſcendit, hoſpitium, dum ibi verſaretur, quærens; ſed deinceps ad Daniam proficiſci cogitans, Regique Suenoni animal donaturus. Tum Regi Haraldo maxima cum Rege Suenone ſimultas intercesſit. Regi huic, in urbe verſanti, mox indicatum eſt, venisſe e Grönlandia Islandum, qui urſum cicurem adſportaret. Miſit Rex, qui Audunum arcesſerent; is cum coram Rege veniebat, eum ſalutavit. Rex ſalutationem ejus benigne excepit, dixitque: ille urſus, iſtud cimelion tuumne eſt? reſpondit ſuum esſe. Tum Rex, visne, inquit, eodem quo emiſti, pretio id vendere? Nolo, ait, domine. Visne ergo, ſubjecit Rex, ut duplum tibi dem; id quod mihi tanto rectius videtur,

tur,

2) ſleppir H. 3) vetra forgift. H. 4) ſleppir H 5) Grœnlands H. 6) ſleppir H 7) hin. H. 8) ſleppir H 9) leitadiſt H. 10) agi. H. 11) ſleppir H.
12) Haraldr kóngr var þar í bœnum. H.

þat herra, ſegir hann. Viltu géfa mér þá, ſegir kóngr? Þat vil ek ok ei ſegir Audun. Hvat viltu þá afgéra, ſegir kongr? Audun ſvarar: þat ſem ek hęfi ádr ætlat, fara ſudr til Danmerkr, ok géfa Sveini kóngi. Haraldr kongr mælti: hvert er heldr at þú ert madr ófródr, ſvo at þú hefir ei heyrt gétit ófridar þeſs ſem hér er milli landa, edr ætlar þú giptu þína ſvo mikla, at þú munir ná at færa Sveini kóngi gérſemi, þar ſem adrir komaſt ei klaklauſt þó naudſín beri til. Audun ſvarar: herra! þat er nú á ydru valdi, enn eingu mun ek játa ödru enn ek hefi ſagt, ok ádr ætlat. Þá mælti kóngr: hvi mun ei þat rád at þú farir ſem þér líkar; enn þat vil ek til ſkilia, at tu komir til mín þá er þú fer aptr, ok ſeig mér hverſu Sveinn kóngr launar þér dýrit, kann vera at þú ſért giæfumadr. Því vil ek heita ſegir Audun.

Cap. II.

Fór hann þegar ok féck ſér far ſudr til Danmerkr. Enn er hann kom þar þá var uppi hver peníngr fiár ſá er hann átti, vard hann þá at bidia matar bædi fyrir ſik ok dýrit. Kom hann þá til ármanns Sveins kóngs þeſs er Aki hét. Audun bad hann fá ſér viſtir, ſvo hann mætti fæda ſik ok dýrit þat hann ætladi at gefa Sveini kóngi. Aki ſvarar: ſelia mun ek þér viſtir ef þú vilt. Ek hefi nú ecki til fyrir at gefa ſegir Audun, enn ek vildi þó giarnan koma því til leidar at færa kóngi dýrit. Á þat máttu líta ſegir Aki at þú hefir þeſs ei ef þat ſveltr til bana fyrir þér. Auduni þótti koſtr þúngr, enn ſá þó ei annat fyrir liggia líkara, þar ſem þá var komit, urdu þeir þá á þat ſáttir at hann ſeldi Aka hálft dýrit, med því ſkilyrdi at þeir ſkyldu þá þegar bádir fara á kóngs fund, ok ſkyldi hverutveggia viſtir virda, ſem Aki feck honum ok dýrit, enn Aki bæta Auduni ſvo mikit ſem verdt er,

tur; cum omnibus tuis bonis id redemeris. Id nolo, domine, ille dixit. Tum Rex: visne ergo eum mihi donare. Nec id volo, inquit Audunus. Rex ergo: quid vero inde facies? Id ſcilicet, quod dudum conſtitui; nimirum meridiem verſus ad Daniam tendam, Regi Suenoni eum daturus. Regerit Haraldus: Tune rerum adeo ignarus es, ut nil audiveris de ſimultate hasce terras intercedente? Aut tantumne bonæ tuæ fortunæ confidis, ut ſperes te cimelion tuum Regi Suenoni traditurum, dum aliis, licet in negotiis longe gravioribus, non impune cesſit id iter tentare? Reſpondit Audunus: hoc in tua poteſtate eſto domine; ſed ego ſententiam non muto, nec aliud, quam quod dudum cepi, conſilium capio. Dein Rex: curni ergo juxta tuam fiet voluntatem? verum unam addo conditionem: ut, cum revertaris, ad me venias, mihique narres, quali præmio ob hoc animalis donum Rex Sueno te remuneratus fuerit; nam fortasſis faventem in hac re fortunam habebis. Id ſe facturum Audunus promiſit.

Cap. II.

Mox ergo iter aggresſus, commodam ad Daniam proficiſcendi occaſionem nactus eſt. Huc ubi venit, conſumtum erat, quicquid pecuniarum habebat, ideoque ad nesſitatem adductus eſt, ſibi ſuoque animali victum mendicandi. Adiit unum ex præfectis annonæ Regis Suenonis, cui nomen Ake erat, et ab eo alimentum ſibi et animali, quod Regi donare cogitabat, expetiit. Reſpondit Akius: alimenta, ſi vis, tibi vendam; tum Audunus: at nil, inquit, habeo quod dare queam, ſed idem tamen opportunitati animal Regi offerendi invitus renuntio. Regerit Akius, at id velim attendas, quod, ſi animal fame perierit, operam tu plane perdas. Auduno dura videbatur ea conditio, nec tamen quid aliud ageret reperiebat. Convenit ergo inter eos, ut dimidium animal Akio venderet, ea lege, ut uterque Regem adirent, ut, quod Akius illi et animali impendisſet, æſtima-

er, ef kóngi þætti betra hálft dýrit. Þeir fóru bádir samt, þar til þeir fundu Svein kóng. Hann fagnadi vel Aka ármanni, enn spurdi þann er fór med honum hver sá madr væri er hann kendi ei. Audun svarar: ek er einn Islendskr madr nýkominn af Noregi, enn ádr utan af Grænalandi, med allri eigu minni. Enn nú er þó áordit mikit fyrir mér, ek á nú ei meira enn hálft dyrit. Sagdi hann sídan kóngi allt hversu farit hafdi med þeim Aka. Kongr mælti: er þat satt Aki sem hann segir? Satt er þat, segir Aki. Kóngr mælti: þótti þér þat tilliggia þar sem ek hefi þik settan yfir minn varnad, ok feingit þér mikit lien, at tefia ok tálma þat er útlendr madr ok mér ókunnr gerdist til at færa mér gérsemi, ok gaf þar til alla eigu sína, ok vorir hinir mestu úvinir sáu þat at rádi; at láta hann fara í fridi; hygg at hversu sannligt þér var slíkt at gera, ok er þat vonligt, at margt ok mikit skilii yckur Harald kóng, er hann gaf honum frid ok grid. Nú veri þat makligt at þú létir ei at eins alla eigu þína, heldr ok lífit med. Enn þótt ek láti ei drepa þik at sinni, þá skaltu allt at einu þegar í stad burtu verda félaus úr ríki mínu, ok koma aldrei mér í augsýn. Enn ek kalla Islendíngr at þú géfir mer allt dýrit sem ádr, ok því öllu betr sem vist sú ok verd sem Aki seldi þér, enn hann átti at géfa. Audun þackadi kóngi ord sín ok bod, ok var hann þar um ríd. Enn Aki fór á burt óféginn, ok týndi miklu gódu fyrir þat hann ágirntist þat er honum heyrdi ecki til.

Cap.

maretur, utque Akius Auduno quantum operæ pretium esset præstaret, si dimidia animalis pars Regi satisfaceret. Profecti uterque simul sunt, donec in Regem Suenonem inciderent. Ille Akium curatorem benigne excepit, quæsivitque, quinam vir esset ipsi ignotus, qui eum sequeretur. Respondit Audunus: Sum ego Islandus, nuper e Norvegia, sed antea longius e Grönlandia cum omnibus quæ possidebam, profectus Deinceps autem res meæ inprospere admodum cessere, cum non nisi dimidium animal habeam. Tum omnia quæ ipsum inter et Akium transacta essent, exposuit. Rex ad Akium conversus, verane, inquit, narrat? Id Akio affirmante, Rex subjecit: Tibine, quem meis bonis præfeci, quemque feudis ornavi, rectum videbatur homini extero mihique ignoto moram et retardationem objicere, qui mihi cimelia offerret, omnibus suis bonis redemta. Placuit vel maxime inimicis nomini nostro eum incolumem dimittere; cogita, num tibi honestum videatur ita agere; verum videlicet te inter et Haraldum Regem, qui pacem ei et incolumitatem concessit, multum discriminis interest. Merueras non modo omnes tuas fortunas, sed et vitam perdere. Verum licet te hac vice vita privare nolim, tu tamen e vestigio bonis exutus e meo regno extorris eris, nec unquam ad meum conspectum amplius admitteris. Tibi autem, Islande, declaro, me totum animal, ut initio destinaveras, mihi datum censere, idque tanto potius, cum Akius alimentum et pretium, quod dare debuerat, tibi vendiderit. Audunus ob verba prolata et ob conditionem propositam Regi gratias egit, ibique aliquo tempore moratus est. Verum Akius ex terra emigravit tristis admodum, bonisque exutus, quia videlicet quæ non sua essent, avide sibi arripuerat.

Cap.

Cap. III.

Audun var litla ſtund med Sveini kóngi ádr enn hann ſagdi ſig fýſaſt á burt. Kongr ſvarar honum heldr ſeint, hvat viltu þá, ſegir hann, efat þú vilt ei med oſs vera? Ek vil gánga ſudr til Róms, ſegir hann. Kóngr mælti: ef þú tækir ei ſvo gott rád upp, þá mundi mér hafa miök mislíkat, ef þú fýſtiſt á burt hedan. Enn nú ſkal þetta med eingu móti tálma. Gaf kóngr honum þá ſylfur mikit, ok ſkipadi til úmferdar hans, kom honum í foruneyti med ödrum Rómferlum, ok bad hann vitia ſín þá er hann kiæmi aptr. Gèck Audun ſudr. Enn er hann fór ſunnan aptr, tók hann ſótt mikla, ok lá leingi, geingu þá upp peníngar allir þeir er Sveinn kóngr gaf honum. Enn felagar hans ſkilduſt vid hann. Hann reis upp úr ſóttinni, ok var vordinn miök magr ok máttdreiginn, enn þá eingir peníngar at næra ſik vid, tók hann þá ſtafkarls ſtig, ok bad ſér matar. Kom hann þá aptr í Danmörk at páſkum, þar ſem Sveinn kóngr var. Var Audun þá ſköllöttr ok klædlaus ok at öllu úſælligr, ok þordi hann ei at láta ſiá ſik í fiölmenni, var hann þá í kyrkiuſkoti nockru laugardaginn fyrir páſka, ok ætladi helſt ad finna kóng er hann geingi til nóntída. Enn er hann ſá kóng ok hird hans fagurliga búna, þá ſkammadiſt hann ſín at verda þeim fyrir augum. Enn er kóngr var geinginn til borda, þá fór Audun ok matadiſt undir hallarveggi-num, ſem ſidr er pílagríma medan þeir hafa ei kaſtat ſtaf ok ſkreppu, ætladi hann nú at láta kóng ſiá ſik þá er hann geingi til náttſaungs. Enn ſvo mikit ſem honum þótti fyrir um daginn, þá þordi hann nú hálfu ſidr at láta kóng ſiá ſik. Kongr þóttiſt ſiá ſvip mans. Enn er kóngr geck frá kyrkiu, ok öll hirdin var inn komin í herbergit, þá ſneri kóngr út aptr, ok mælti ſtundarhátt er hann var út kominn: ef at nockur er hér ſvo nær ſem mik grunar at mik vilii finna, ok hafi varla frama til þá gángi hann nú fram, ok láti ſiá ſik. Þá géck Audun fram, ok féll til fóta kóngi. Kóngr

Cap. III.

Audunus, poſtquam brevi tempore apud Regem Suenonem fuerat, præ ſe tulit, cupere ſe inde proficiſci. Rex gravate id ferens, quo ergo, inquit pergere vis, ſiquidem nobiscum morari piget? Ille: meridiem verſus ibo, ait, Romam viſurus. At Rex: niſi tam prudens conſilium cepisſes, valde mihi displicuisſet, quod tam cito discedere velles; verum nunc nullam tibi moram objiciam. Dedit ergo ei argentum ad viaticum comparandum; asſignavit illi alios itineris Romam faciendi ſocios, jusſitque, ut, cum reverteretur, ipſum adirèt. Sic ergo Audunus iter aggresſus eſt. Inde revertens, in gravem morbum incidit, unde diu laborabat; atque ita conſumtum eſt quicquid pecuniarum a Svenone acceperat, ſuique eum ſocii deſeruerunt. Cum ex morbo ſurgebat, macilentus erat et langvidus. Deficientibus pecuniis, egeni ſumſit habitum cibum emendicans. Paſchatis tempore in Daniam redux, ad locum venit, ubi Rex Sueno erat. Audunus tum calvus erat lacerisque veſtibus et omnibus nominibus miſer. Pudebat ipſum in hominum frequentia comparere, ideoque vigilia paſchali in aliquo templi angulo latuit, cogitavitque in Regem incidere, cum hic ſacra pomeridiana adiret. Verum Regem ejusque ſatellites concinne veſtitos videns, coram illis ſe ſiſtere erubuit. Rex ubi coenam adierat, Audunus ad palatii parietem conſedit, ut mos eſt ſanctorum peregrinatorum, qui ſcipionem et peram nondum abjecerint. Cupiebat, ut Rex, quando ſacra veſpertina adiret, ipſum videret. Verum ſi die Regi ſe conſpiciendum præbere veritus fuerat, nunc multo minus id auſus eſt. Videbatur ſibi Rex ſpectrum hominis vidisſe. Cum ergo ab æde ſacra discedebat, omnesque ſatellites manſionem intraverant, Rex ſeſe convertit, exiensque alta voce pronuntiavit: ſiquis, ut ſuſpicor, adeſt, qui mecum loqui cupit, ſed pudore forte, ne id faceret, huc usque fuerit impeditus, prodeat, atque ſe mihi ſiſtat! Procesſit ergo Audunus

Kóngr kéndi hann at kalla, tók í hönd honum, ok bad Audun velkominn, ok hefir þú mikit ſkipaſt segir hann ſídan vid ſáumſt næſt, ſvo at varla kénda ek þik. Leiddi kóngr hann þegar inn í herbergit. Enn hirdmenn hlóu at honum er þeir ſáu hann. Kóngr mælti til þeirra: ei þurfi þér at honum at hlæia, þótt ydur ſýniſt hann veſællígr at ſiá, hann hefir betr fyrír ſálunni ſéd enn þér, ok mun því gudi ſýnaſt hann fagr ok frídr. Lét kóngr þegar gera honum laug, ok þiónadi honum ſiálfr, gaf hann honum gód klædi ok lét gera til hans sem beſt; hreſtiſt hann brátt er hann var madr úngr. Var hann þar um ríd. Audun kunni vel at hafa ſik í fiölmenni, var hann madr ótirrinn, ordgiætinn, ok ei margtaladr, líkadi öllum mönnum vel vid hann. Enn Sveinn kóngr var hinn blídaſti til hans.

nus et ad Regis pedes ſe projecit. Rex eum vix agnitum, manu prehendit jusſitque ſalvere. Dura, inquit, Audune expertus videris, ex quo ſimul eramus, adeo ut te vix recognoſcerem. Tum eum mox intra manſionem induxit. Satellites eo conſpecto riſerunt. Verum Rex eos ſic reprehendit: Non eſt, quod eum rideatis licet adſpectu miſer ſit. Animæ ſuæ ſaluti melius quam vos proſpexit; ideoque fortasſis Deo pulcher & venuſtus videbitur. Rex mox lavacrum ei jusſit parari, eique ipſe miniſtravit, et eum bene veſtiendum omnique ratione bene habendum curavit. Ille, quippe juvenis, cito vires reſumſit, ibique aliquo tempore manſit. Audunus in hominum frequentia bene ſe gerebat; erat quippe oratione non mordax, fando circumſpectus, paucorumque verborum. Omnibus bene placebat, et Rex Sueno valde comem ſe erga eum præbuit.

Cap. IV.

Þat var eitt ſinn er áleid um vorit, at þeir töluduſt vid. Þá mælti kóngr: Þat er ſatt Audun at ek hefi ei til innt hvat þér þykir til haga at ek launi þér dyrit, ſkal þér koſtr at vera leingi med mér, ok mun ek gera þik ſkutulſvein minn, ok veita þér þar med gódo virdíng. Audun ſvarar: gudþacki ydur herra ágiæt bod, ok alla þá ſæmd er þér veitit mér, enn þat er mér at ſkapi at fara út til Islands. Kóngr mælti: þetta ſýniſt mér miök undarlig för. Audun mælti: ei má ek þat vita herra, ſegir hann, at ek ſiti her hiá ydur í mikillri ſæmd ok fallſælu, enn módir mín trodi ſtafkarls ſtig út á Islandi, þvíat úti er ſá timi er ek ſeck henni forlag, ádr ek fór utan. Kongr mælti: þetta er vel talat ok gódmannliga ok muntu verda giæfumadr. Sá einn hlutr var ſvo at mér mundi ei mislíka, at þú beiddiſt hédan á burt. Ver nú med mér þar til ſkip búaſt. Hann gerdi ſvo. Einn dag er miok leid vorit, geck Sveinn kongr ofan á bryggiur, biuggu men þar ſkip ſín til ymſra landa í Auſturveg, edr til Saxlands, edr Svíþiódar edr

Cap. IV.

Accidit, vere appropinquante, ut cum colloquerentur, diceret Rex: memini Audune, quod te non compellaverim de præmio, quo animalis donum compenſari tibi placeat. Offero tibi conditionem ut diu mecum maneas, ut mihi ſis ſcutellarius, tibique ita magnam dignitatem tribuam. Respondit Audunus: Gratias tibi referat Deus, domine, pro honorifica conditione, omnique honore cujus mihi copiam feciſti, verum id in votis habeo, ut ad Islandiam proficiscar. Tum Rex, mira, inquit, mihi videtur iſta profectio. Dein Audunus: non, ait, a me impetrare posſum, ut apud vos in magno honore et lautitia ſim, dum mater mea in Islandia ad mendicæ ſortem redacta eſt: quippe tempus jam elabitur, ad quod ego peregrinationem moliens necesſariam ei ſuſtentationem providi. Subjecit Rex: bene hoc et honeſte dixiſti; fortunatus tu homo eris; verum iſta quoque ſola eſt excuſatio, quæ mihi non displicet, cur tu diſcedere cuperes; ſed eſto mecum, donec naves inſtruantur. Sic ille faciebat. Vere

edr Noregs. Þá komu þeir Audun at einu ſkipi fögru, ok voru menn at, ok biuggu, þat var knör mikill. Kóngr mælti: hverſu lítſt þér Audun á ſkip þetta? Hann lét vel yfir. Kóngr mælti: nú mun ek launa þér biarndýrit, ok géfa þér ſkip þetta med þeim farmi ſem eg veit vel hagar til Islands. Audun þackadi kóngi giöf þesſa ſem hann kunni beſt. Enn er ſtund leid ok ſkipit var albúit, geingu þeir þá enn til ſtrandar Sveinn kongr ok Audun. Þá mælti kóngr: med því þú vilt frá mer fara Islendingr, þá ſkal ek nú ei letia þik; en þat hefi ek ſpurt at ílt er til hafna fyrir landi ydru, öræfi mikil ok hætt ſkipum. Nú ef ei vill vel til takaſt, kann vera at þú briótir ſkipit ok týniſt farmurinn; Lítt sér þat þá á at þú hafir fundit Svein, kóng ok gefit honum gerſemi. Feck kóngr honum þá ſkinnhoſu mikla fulla af ſylfri, ok mælti: ei ertu med öllu félaus þótt brióti ſkipit ef þú heldr þesſu. Verda má ok þat, ſegir kóngr, at þú týnir ei ſídr þesſu fé, hvar nýtr þú þá þesſ at þú gafſt Sveini kóngi gerſemi þína. Dró kóngr þá hríng af hendi ſer ok gaf Auduni. Þat var ágiætr gripr. Kongr mælti: þó ſvo ílla verdi at þú briótir ſkipit ok týnir öllu fénu ei ertu félaus ef þú kemr á land med rínginn, þvíat þat er háttr manna at hafa gull ſitt á ſer ef í ſkipbroti eru ſtaddir; ok ſér þá at þú hefir fundit Svein Kóng Ulfsſon ef þú heldr ríngnum þótt þú látir annat fé. Enn þat vil ek leggia til ráds med þér at þú lógir ei ríng þesſum, því ek ann þér fullvel at nióta, nema þú þykiſt eiga ſvo mikit gott at launa nockrum göfigum manni at þér þyki hann þesſ makligr, at þú gefir honum gerſemi, þá gef þú honum hrínginn. Far nú heill, ſegir kóngr.

Vere vergente Rex aliquando pontes adiit, ubi naves adornabantur varias regiones, uti mare balticum, Saxoniam, Sueciam vel Norvegiam aditura. Venerunt uterque ad pulchram aliquam navim in qua armanda homines occupati erant; et is quidem magnus erat phaſelus. Hic Rex, quomodo inquit, iſta tibi placet navis? Belle placet, ait ille. Tum Rex: jam ergo tibi remunerabor urſi donum, tibique hanc navim donabo cum mercibus, quæ in Islandia ſint commodisſimæ. Audunus optimas quas poterat gratias Regi agebat. Aliquanto poſt cum inſtructa erat navis, uterque Rex et Audunus litus adivêre. Rex ad eum hoc alloquio ſe convertit: Siquidem Íslande a me vis diſcedere non te morabor; verum audivi, in tua terra malos esſe portus, deſerta vaſta, magnasque viarum difficultates. Jam ſiquid humanitus tibi acciderit, fieri poteſt, ut navim frangas mercesque perdas, tumque nemo ex tuo adſpectu divinare queat, te Regem Suenonem adiisſe resque pretioſas illi donavisſe. Rex illi pescia dedit argento plena, dixitque: ſi hæc tenes, tu, ſi naufragus eris, haud prorſus bonis orbaberis. Verum, pergit Rex, fieri tamen poteſt, ut hanc quoque gazam perdas, quid tum tibi prodeſt, Regi Suenoni tuum cimelion dedisſe. Detraxit ergo armillam, quæ quidem pretioſisſima erat, ſuæ manui, deditque Auduno. Haud, inquit, inops prorſus eris, ſi cum armilla in terram veneris; nam nautarum mos eſt, ut, vel in naufragio, aurum corpore gerant; patebit ergo te cum Rege Suenone Ulfida fuisſe, ſi cæteris omnibus perditis hanc armillam ſervaveris. Verum tibi auctor ero, ut hunc annulum, cujus proſperum uſum tibi ex animo adprecor, non dimittas, niſi eximio alicui viro tantum boni remunerandum habere tibi videaris, ut is præcipue dignus ſit, cui hoc cimelium dones; illi tu annulum dato dixit Rex atque ſic valeto!

Cap. V.

Sídan lét Audun í haf, ok kom vid Noreg, ok þegar hann ſpurdi hvar Haraldr kóngr var, þá fór hann til fundar vid hann ſem hann hafdi heitit. Kom Audun fyrir Harald kóng, ok qvaddi hann. Kóngr tók vel qvediu hans. Sit hér ok dreck med oſs ſegir kóngr. Audun gerdi ſvo. Þá ſpyr Haraldr kóngr: hveriu launadi Sveinn kongr þer dyrit? Því herra ſegir Audun, at hann þá þat at mer. Launat mundi ek þér hafa, ſegir kóngr. Hveriu launadi hann meira? Audun ſvarar: hann gaf mér ſylfur til ſudurgaungu. Kóngr ſvarar: mörgum manni gefr Sveinn kóngr fé til ſudurgöngu ok annara naudſynia, þótt ecki færi honum gerſemar. Hvat er enn fleira? Audun ſegir: hann baud mér at gera mik ſkutul ſvein ſinn, ok veita mér mikla ſæmd þar med ſér. Vel var þat mælt ſegir kóngr; en launa mundi hann fleira? Audun mælti: hann gaf mér knör einn mikinn med hinum beſta farmi. Þat var ſtórmannligt framlag, ſegir kóngr enn launat muudi ek þér hafa; edr launadi hann þér fleira? Audun ſvarar: Gaf hann mér enn ledurhoſu mikla fulla af ſylfri, ok qvad mik þá ei félauſan ef ek hélda því, þóat ſkip mitt bryti vid Island. Kóngr ſvarar: Þat var ágiætliga gefit ok fyrirhugsat, ok þat munda ek ei giört hafa. Laus munda ek þykiaſt ef ek giæfi þér ſkipit med farmi. Hveriu launadi hann þér fleira? Svo var herra, ſegir Audun, hann gaf mér hríng þennan, ſem ek hef á hendi, kalladi ſvo mega til bera at ek týndi ſkipinu ok fé öllu, ſagdi mik þó ei félauſan ef ek ætti rínginn, ok bad mik rígnum ei lóga, nema ek þættunſt eiga nockrum tignum manni ſvo gott at launa at ek vilda géfa hann; enn nú hefir ek þann fundit, því at þér áttut koſt herra at taka frá mér dýr mitt ok ſvo lífit med, enn þér létut mik fara í fridi þángat ſem adrir nádu egi. Kóngr tók blídliga vid giöfinni, ok gaf Auduni þar í móti gódar giafir ádr þeir ſkildu. Audun fór til Islands þegar hit ſama ſumar, ok

Cap. V.

Dein Audunus vela ventis dedit, et ad Norvegiam tetendit. Quæſivit mox ubi Rex Haraldus esſet, profectusque eſt, promisſi memor, ut eum conveniret. Ad Regem admisſus eum ſalutavit. Rex ſalutationem benigne excepit, dixitque: Adſide et pota nobiscum. Id fecit Audunus. Quæſivit tum Haraldus: Quomodo animalis donationem Rex Sueno tibi remuneratus eſt? Ita domine, inquit Audunus, ut illud a me acciperet. Verum præmium inſuper tibi dedisſem, ait Rex, quomodo ultra ille te remuneratus eſt? Reſpondit Audunus: pecuniam ad iter ſanctum ſuſcipiendum mihi dedit. Tum Haraldus: verum multis, a quibus res pretioſas non accepit Rex Sueno, pecuniam et res necesſarias ad religioſa itinera ſuppeditat. Quid amplius? Obtulit mihi ſcutellarii munus magnamque dignitatem ſi cum eo manere vellem. Id quidem bene, ſubjecit Rex, at num plura tibi donavit? Reſpondit Audunus: dedit mihi magnum phaſelum cum optimis mercibus. Id vero erat generoſisſime tibi providere, inquit Rex; ſic et ego te fuisſem remuneraturus. Numquid plura accepiſti? Dedit mihi, ait Audunus, peram pelleam argento plenam, addens, me, ſi vel navis ad Islandiam frangeretur, dum illam tenerem, haud bonorum inopem fore. Tum Rex: generoſe hoc et provide datum; nec tamen id ego fecisſem; nam navim cum mercibus donando ſatis me dedisſe exiſtimasſem. Num inſuper plura accesſerunt? Ita quidem Domine, perrexit Audunus, dedit mihi hanc armillam quam manu gero; quippe monebat fieri posſe, ut navi ſubmerſa omnia amitterem, tum quidem me, dum annulum ſervarem, haud omnino egenum esſe; rogavit, ut armilla me privari non ſinerem, niſi honorato alicui viro tantum me debere judicarem, ut ad gratum animum teſtandum ipſi eam dare vellem. Talem vero te inveni Domine; nam penes te erat et animal et vitam mihi adimere, ſed non ſolum me incolumem dimi-

ok þótti vera hinn meſti giæfumadr. Frá þesſum Auduni var kominn Þorſtein Gidſon, ok endar hér frá honum at ſegia.

miſiſti, ſed etiam illuc, quo omnibus aliis prohibitum erat, proficiſci patiebare. Hoc donum placide Rex accepit, et Auduno viciſſim ſplendida, antequam a ſe discederent, dedit munera. Eadem æſtate Audunum mox ad Islandiam profectus, homo in negotiis ſuis feliciſſimus habebatur. Ab hoc Auduno genus ſuum ducebat Thorſteinus Gidæ filius. Atque hic quidem ejus historia explicit.



Docet

Docet hiſtoriola, quam expresſimus, quomodo princeps civem, cives principem, ille liberalitate, hic ſincero animi devoti ſtudio, uterque alterum mente benevola vincere certaret. At quid antiqua exempla quærimus, cum inter nos quotidiana id experientia demonſtret? Mutui inter Optimum noſtrum Principem civesque affectus hocce feſto, quo de quinquageſimo Regis Auguſtisſimi natali jubila veri nominis agit patria, vel maxime meminisſe juvabit. Videlicet Univerſitati Regiæ Havnienſi, memoria diei XXVIIIvi Januarii cogitationem Auguſtæ in Academiam beneficentiæ vividam quotannis repetit, verum hoc anno vel vividisſimam, quippe cum integri ſemiſeculi benefacta animis admoveat. Nulli ergo dubitamus, quin juvenes noſtri, haud minus quam Academiæ doctores gratum Regi animum teſtaturi, uti præcedentibus annis diligentia ſtudioque favorem Regium meruêre, ita hoc quoque, vel auctis ſedulitatis ſtimulis, quæ in annum 1818 in variis ſcientiis proponantur, themata tractare, et in iis ſuas vires experiri velint. Sunt vero ſequentia:

IN THEOLOGIA.

Inveſtigatis eccleſiæ Africanæ originibus, enarrentur incrementa ejusdem usqve ad finem ſeculi ſecundi.

IN JURISPRUDENTIA.

Comparatione leges inter Borusſorum patriasqve diligenter inſtituta, quatenus illæ qvidem longe his majorem auctoritatem lite mota judici in tota cauſa civili inſtruenda tribuant, quale pretium cum huic, tum illi judicii formæ ſtatuendum eſt, ſi non ſolum ejus habeatur ratio, qvomodo lites privatorum melius faciliusqve ad juſtum exitum perducantur, ſed et ad libertatem civilem non facile infringendam reſpiciatur?

IN MEDICINA.

Exponere theoriam chemico-pathologicam adaucti vel diminuti caloris in febribus.

IN PHILOSOPHIA.

Expoſita notionum, qvas homines vocabulo naturæ exprimere ſoleant, varietate, eaqve, qvantum fieri qveat, ad unum conſtantemqve ſenſum revocata, diligens explicatio detur ideæ hocce vocabulo inſignitæ.

IN MATHESI.

Conſtruere tabulam, cujus ope, longitudine et latitudine geographica duorum locorum data, diſtantia inter ea intercepta, commode inveniri posſit. Supponitur terram esſe globum atqve 15 milliaria æqvalia esſe uni gradui circuli maximi.

IN HISTORIA.

Fata ſcholæ athenienſis a tempore inde ſubactæ Romanorum armis Græciæ ad a. 529, qvo eadem edicto Juſtiniani Imperatoris plane abrogata eſt, ita illuſtrentur, ut intelligatur, qvinam per illud temporis ſpatium ex hoc inſtituto ad literas et humanitatem redundaverint fructus.

IN PHILOLOGIA.

Deperditi operis Ariſtotelei "πολιτεῖαι" fragmentis, qvotqvot ſuperſunt, diligenter collectis, et variis de eodem priscorum ſcriptorum ſententiis allatis, exponantur hujus operis argumentum atqve momentum.

IN ÆSTHETICIS.

Sammenhængen imellem et Digts Indhold og dets Metrum, og Metrumets Vigtighed i denne Henſeende, forlanges oplyſt ved Exempler af de vigtigſte ældre og nyere Versarter.

IN HISTORIA NATURALI:

Novis disqvifitionibus anatomicis in veficam aëream pifcium indigenarum, imprimis Anguillæ, Gadorum, Percarum et Cyprinorum, inftituendis, exploretur, quænam de functione hujus partis aërisqve ejus inclufi hypothefis Zoologorum, anatomia magis confirmetur.

Ad celebrandum itaque quinquagefimum natalem MONARCHÆ NOSTRI AUGUSTISSIMI **FREDERICI SEXTI**, panegyrin indicit UNIVERSITAS REGIA HAVNIENSIS. Auctore COLLEGIO REGIO, *quod rem academicam et fcholafticam apud nos moderatur*, habebitur hic conventus die XXXImo Januarii in Auditorio Domus Regiæ h. XII. Rector Univerfitatis *CLAUDIUS FREES HORNEMAN, Doctor et Profesfor Theologiæ Publ. Ordinarius, atque Ordinis Danebrogici Commendator*, cathedram confcendet, et oratione publica: *Bellum et pax, ad hominis fentiendi rationem formandam, ad indolem hominis emendandam aut corrumpendam quid posfint efficere*, paucis exponet. Dein Cenforum judicia de commentationibus Civium noftrorum hoc anno elaboratis prælegет, victoribus præmia, ruptis quæ nomina celant fchedulis, fua asfignabit, palmamque honorificam gratulabitur. Faustis et fincerrimis pro Rege Optimo totaque Domo Regia votis totius Univerfitatis nomine fufcipiendis orationem finiet.

Ut dies XXVIIIvus Januarii Regi Auguftisfimo frequentisfime redeat, folido femper gaudio agendus, vovete nobiscum et auguramini, omnes Mufarum patriarum amatores et cultores, atque hoc feftum, quo nullum nobis folennius, veftra frequentia concelebrate!

Dabamus Havniæ d. XXVI. Januarii Anno MDCCCXVIII.

SUB UNIVERSITATIS SIGILLO.

